



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvs Ecclesiae. In hoc libro ... admiranda quædam ac  
planè obstupenda, de septem ec-  
clesiæ statibus,  
abusibus quoq[ue] grauissimis, & futuris eiusdem  
calamitatibus ex sanctor[um] pro-  
phetijs & ...**

**Pürstinger, Berthold**

**Coloniæ, 1531**

**VD16 ZV 12498**

De iniquitate militu[m] & nobilium, diuitu[m]q[ue] laicorum. Cap. 26

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29969**

dis huiusmodi locustarum, id est adulatorum. Princeps namq; qui libenter audit  
 §.c.24. §.4 verba mendacij, omnes ministros habet impios. Quocirca aures principum de-  
 bent esse simplices, ne callida fraude decipiantur. Pro. 29  
 Hester. 16  
 §.eo. §.13 & XIII § Rursus in Apocalypsi: Et potestas earum, scilicet locustarum est  
 §.c.14. §.10 nocere mē sibus quinq;. Ecce spiritus dei pronosticauit tales locustas, id est prin-  
 & j. c. 70 § 5 cipes circa finem quinti ecclesie status esse futuros. Eorum autem potestas est  
 §.ca. 17. §.3 dumtaxat in temporalibus & in presenti seculo, quod designatur per quinq; mē-  
 & j. c. 30. §.9 ses, qm̄ in spiritualibus neminem lædere possunt, præsertim constantem. Nā li-  
 cet percussor diabolus transcendat ostium domus, deus tamen non finit eū ingre-  
 §.ca. 12. §.3 di domos, id est mentes nostras & lædere, tamen si locustæ imperfectos homines  
 qui non habent vigorem illuminatæ fidei, valeant cruciare per formidinem, sed  
 nequaq; occidere, ideo refrenata dicitur eorū potestas. Nam prius dixerat: Et præ-  
 ceptum est illis, ne læderent scēnum terræ, neq; omne viride, neq; omnē arbore,  
 §.c. 67. in fi. nisi tantum homines qui non habent signum dei in frontibus suis, & datū est illis  
 §.ca. 42. §.5 ne occiderent eos. s. spiritualiter. Dixit namq; dñs ad Satan de Job: Ecce vniuersa  
 quæ habet, in manu tua sunt, tantū in eū ne extendas manū tuam. Reliquā exposi-  
 §.c. 21. §.14 tionem in sequentibus ponā. Quod hæctentū de principibus est deductū, hoc ex  
 & j. c. 53. §.5 tēdi potest ad cæteros populi magistratus, qui magis lupos rapaces & prædones  
 ciuitatis agunt. q̄ reipublicæ custodes. Collidet ergo deus duces, & magistratus  
 qui in ecclesia sunt, & reddet cūctis omne malū suum, quod fecerunt.

De iniquitate militū & nobiliū, diuitūq; laicorum. Cap. XXVI.

**M**ilitia instituta est ob iniuriam propulsandam, vel ob vindictam iustā  
 inferendam. Milites vero, induti lorica fidei, debent se induere arma  
 §.ca. 49. §.6 tura dei, vt possint stare aduersus astutias diaboli, & aduersus princi-  
 §.ca. 56. §.6 pes mundi, & potestates ac rectores harum tenebrarum contra spiri-  
 §.c. 18. §.16 tualia nequitie, non quod milites à se abiciant arma, vel se rei militari penitus  
 & j. c. 48 § 5 subtrahant, sed consilium euangelij sequentes neminem concurant, neq; calum-  
 §.eo. §.1. niam faciant & contenti sint stipendijs suis.

I § Summa equidem laus est militis, obedire imperatori mundano, ac in-  
 tendere vtilitatibus reipublicæ, sed multo beatius militare eo modo quo cælestis  
 §.c. 24. §.4 imperator noster Christus præcepit. Qualem militiam David, aliq; sancti viri  
 De pcc. dif. laudabiliter exercuerunt. In quibus autem ius militare consistat, illa in decreto nu-  
 §.c. fi. merantur. Nam militia secularis non culpatur, sed abusus: neq; militare est deli-  
 ctum, sed propter prædam militare peccatum est, vtpote quando quis contra iu-  
 stitiam arma fert, vt stipendium accipiat. Quippe in militia culpatur nocendi cu-  
 §.eo. i prin. piditas, vlciscendi crudelitas, impacata mens, implacabilis animus, feritas bellan-  
 di, libido dominandi, & si qua similia. Idcirco quadam prouidentia militanti-  
 bus stipendia sunt constituta, ne dum sumptus quæritur, prædo grassetur, qui  
 enim amplius stipendio quærit, tanquam calumniator & concussor, Iohannis Ba-  
 ptistæ sententia condemnatur.

II § Forma autem tenenda in creandis militibus, est Birgittæ reuelata.  
 §.eo. §.5 Quod miles debet promittere se defensurum fidem ecclesie, & eius prælatis obe-  
 dire in omnibus quæ ad deū spectant, neq; parcere vitæ suæ pro fide & ecclesia  
 dei, vt inimicos dei deprimat, amicos dei defendat, vt viduis & orphanis tribuat  
 auxiliū, & vt honorē dei in oibus augmentet, sic veniret ad veræ militie cultum  
 per humilitatē. Sed hodie per superbiā à vera professione militie excessum est,  
 nā milites modo contēnunt deum, eligentes toto affectu carnem suā dare & la-  
 cerare pro laude hominū, sanguinem fundere pro expletione cupiditatis suæ, li-  
 benter mori ad mundana ac diabolica & inania verba.

III § Quocirca Apostolus exhortatur milites, vt nemini dent vllā offen-  
 §.ca. 56. §.6 sionem, sed in oibus exhibeant se dei ministros per arma iustitiæ à dextris & à si-  
 §.c. 25. i pr. nistris. Vnde rursus de militibus Birgitta inquit: Milites Christi arma portātes,  
 & j. c. 52. §.11 deberent esse parati dare vitā pro iustitia, & effundere sanguinē propter fidē san-  
 ctam, indigentes promouēdo ad iustitiā, malosq; deprimere & humiliare, prout  
 p̄isci armigeri arma sumperunt ad vltionē ecclesie & fidei ac ad expugnationē  
 I inimi-

Pro. 29  
 Hester. 16  
 Apo. 9  
 Exod. 12  
 Apo. 9  
 Iob. 1  
 Hier. 51  
 23. q. 1. in sū  
 & c. in fi.  
 Tho. opus.  
 20. li. 4. c. 10  
 Ephe. 6  
 Luc. 3  
 23. q. 1. c. fi.  
 di. 40 añ oīa  
 23. q. 1. noli.  
 Dif. 1. ius mi-  
 litare. 23. q. 1  
 militare, &  
 c. q. culpaf.  
 23. q. 1. mili-  
 tare.  
 Luc. 5  
 2. Bir. 13. & li  
 4. c. 36  
 l. penul. ff. q  
 bus ex causis  
 maio. in glo  
 De vitijs mi-  
 litum.  
 Rodo. vbi  
 §. c. 10  
 2. Coze. 6  
 2. Birgi. 7. 9

DE INIQUITATE MILITVM LAICORVM

- inimicorū dei, sed nunc auersi sunt, Placet quippe eis magis mori in bello pro su-  
 perbia, cupiditate & inuidia, iuxta diabolicas suggestiones, q̄ secundū mandata  
 3. Bir. 27 dei viuere. Et infra: Miles proiecit clypeū fidei quando magis sequi voluit volū-  
 tatem propriam q̄ dñi, quando plus dilexit creaturam q̄ creatorem, quasi dicat,  
 8. Bir. 32 Nontimeo neq; curo de defensione dei, ex industria em̄ & nobilitate meum est  
 quod habeo, & sic diabolus eū regit ad mundi appetitū. Et infra: Nō est vita au-  
 sterior q̄ vita militaris, si in sua vera institutione staret. Militia em̄ Christianita-  
 tis nō est incepta propter mundi possessionē & cupiditatē, sed ad confortandā  
 veritatē & dilatandā verā fidem. Sed oēs gradus à sua laudabili dispositione apo-  
 6. Dif. 90. si staturaerunt, quia charitas dei versa est in cupiditatē mundi Milites profecto ha-  
 quis post. bent statū periculosiorē, ideo ius prohibet eos ad sacros ordines promoueri. Se-  
 6. Bir. 23, 26 quitur in Birgitta: Inter omnes vero status laicorū, milites plus alijs apostataue-  
 runt, audent em̄ resistere regi gloriæ, qui deberent defendere fidē ecclesiæ, labo-  
 rant pro cōmodo dominorū secularium, qui deberent suppressere inimicos dei.  
 Item reddere deberent humiliter, quæ alijs rapuerunt crudeliter, tenētur quoq; sa-  
 tisfacere iniuriam passis, quod minime faciunt, quinimō curam omnem apponūt  
 quomodo possint à mundo honorari, diuitias acquirere, voluntatem suā perficere,  
 & progeniem suā dilatare. Nil curantes de his quæ ad deū spectant.  
 Luc. 11. III § De huiusmodi militibus Christus loquitur: Qui non est mecū, ut-  
 Tit. 1. pote in militia mea, aduersum me est, scilicet in militia diabolica. Hic em̄ confite-  
 tur se nosse deum, factis autem negat. Quāobrem idem saluator ad quendam ar-  
 2. Bir. ext. 51. chiepiscopū ait: Eteua oculos tuos & vide quomodo ab omnibus neglectus sum,  
 ac expulsus, quia nemo me in sua dilectione habere cupit, nam à solis ortu vsque  
 ad occasum cor humanum cupidum est, & seuerum ad effusionē sanguinis pro-  
 ximi sui propter cupiditatem. Omnes ornāt membra sua pro superbia, delecta-  
 tio hominū est plus irrationabilis q̄ brutorū. Inquire vbi sunt defensores fidei, q̄  
 inimicos dei expugnāt, qui vitā suam ponunt pro dño suo. Ideo indignatio & su-  
 ror domini super vnīuersam militiam eorū, tabescent montes à sanguine eorum  
 quos occiderunt, & tabescit omnis militia cælorū (quia cōtra eos mouebunt vir-  
 tutes cælestes) omnis malitia eorū defluet, sicut defluit folium de vinea.  
 6. Bir. 27 V § Propterea Christus dominus iurat in deitate & humanitate sua, si mi-  
 4. Bir. 31. lites in tali statu moriantur, q̄ nunquam intrabunt in terram promissam. Siqui-  
 dem vnusquisq; miles redditurus est rationem de militia sua qua intentione eam  
 receperit, quomodo eam tenuerit, & quomodo votum suū adimpleuerit. Ergo  
 2. Bir. 12 Christus milites hortatur his verbis: Quia iustus & misericors sum, moneo mili-  
 tes, ut querant misericordiam meā, ne inueniat eos iustitia mea, quæ est stabilis  
 sicut mons, ardens sicut ignis, horribilis quasi tonitruum, subita quasi arcus ex-  
 tensa & sagittandum. Igitur d̄ milites redite ad me cum vera humilitate, qui à me  
 per superbiam discessistis. Cur rescinditis vestram promissionē, cur iuramētum  
 contemnitis: nunquid ego minor & indignior sum amico vestro, cui si datis fi-  
 dem, soluitis: mihi autem datori vitæ, & honoris conseruatori sanitatis non red-  
 ditis promissum, potissimum in baptisate factum.  
 VI § Enimvero milites & nobiles, & si à deo præ cæteris sunt dotati, ta-  
 men prædictam saluatoris nostri exhortationem minus curant neq; attendunt,  
 sed hodie magis exercent austeram malitiam q̄ synceram militiam. Infinita con-  
 tinuo committunt flagitia, nunc hos afficiunt vulneribus, nunc illos iugulant,  
 Esaiæ. 33 nunc aliorum opes diripiunt, de quibus scribitur: Væ qui prædatis, cum consum-  
 maueris deprædationem, deprædaberis. Latrocinia sua excusant, quodam ficto  
 iure, quod diffidationem nuncupant, captiuant, incarcerantq; innocentes, ab eis  
 pro sui æstimatione pretium extorqueōdo, reliquos latrones, qui similia perpetrāt  
 receptant in suis fortalijs ad aliorum damna conseruant, atq; retinent. Exinde  
 4. Esdr. 5 signum certum apparet nunc aduenisse tempus plagæ, quod Esdræ archangelus  
 Jeremiel nuntiauit, dicens: De signis autem, Ecce dies venient in quibus appre-  
 hendentur, puto mercatores vel alij opulenti, qui inhabitant. s. peragrandō ter-  
 ram in censu multo & abscondetur veritatis via (quia secure ambulat nemo) & ste-  
 rilis

J. c. 33. §. 7  
 §. c. 23. §. 1. &  
 J. c. 27. §. 1. pri.  
 §. ca. 18. §. 4  
 & J. c. 32. §. 2  
 §. ca. 25. §. 5.  
 in fi. & J. eo.  
 §. 11.  
 §. c. 24. §. 5.  
 §. c. 19. §. 11.  
 & J. c. 27. §. 6  
 §. c. 24. §. 4  
 & J. c. 29. §. 6  
 J. ca. 27. §. 2  
 §. c. 27. §. 12  
 & J. eo. §. 11.  
 §. c. 24. §. 3.  
 & J. c. 28. §. 7  
 J. cap. 33. §. 4  
 J. c. 31. §. 12  
 J. ca. 30. §. 12  
 §. ca. 10. §. 2  
 & J. c. 29. §. 2  
 §. eo. §. 2  
 §. c. 16. §. 5 &  
 J. ca. 27. §. 11  
 J. c. 40. §. 2.  
 §. c. 17. §. 25  
 & J. c. 31. §. 8.  
 & J. c. 33. §. 4

rilis erit à fide regio, f. ecclesie, & multiplicabitur in iustitia, f. prædonibus iniuste grassantibus, & videbunt regionem desertam & chaos, id est confusio, fiet per loca multa, & amici omnes, f. Christiani, semetipfos expugnabunt, & sic diabolus dissoluit manus virorum bellantium, Hæc signa diceret tibi permillum est mihi, audies iterato horum maiora.

VII § Cæterum nobiles olim ob suos decoros actus fecerantur à plebeis, quando diuidebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam, vnde à parentibus virtuosos, vel secundum seculum à parentibus diuitibus aut potenti- bus computatur nobilitas iuxta traditionem carnalis originis. Quæ quidem car- nalis nobilitas affert laudis augmentum, si ornatur morum nobilitate, nobilitas certe morum plus ornat q̄ genitorum. Hinc poeta: Nobilitas sola est atq; vnica virtus. Vsq̄e adeo miserum est alienæ incumbere famæ. Sed degenerant homi- nes vitijs, fiuntq; minores virtute remota Migrant in exilium nobilitatis honor. Carnis quippe nobilitas, quos ad nobilia opera excitare deberet, ad vitia incitat. Qui enim diuitijs affluunt, otio tepescunt, atq; delitijs vacant, summo opere pota- tionibus & comestationibus, luxu & conuiujs incumbunt, in cæterisq; vitijs ta- les se exhibent, quales quondam lapidibus erant obruendi.

VIII § Atqui nobiles vtp̄ plurimum cæteris plebeis vitiosiores existunt, atq; detestabiliores, quoniam suæ originis contraria operantur, ipsis namq; nobi- litatis propago est potius incitamentum vitiorum, quàm fundamentum virtu- tum, vsque adeo vt videas in nullis minus esse veræ nobilitatis, quàm in moder- nis thrafonibus, qui vetustis stemmatibus, qui aureis torquibus, splendidisq; co- gnominationibus summam iactant nobilitatem.

IX § Demum videamus de diuitibus quos domini benedictio ditat, quos quidem cum iustitia & operibus non abiicimus, sed qui diuitijs male vtuntur, censentur iniuste possidere diuitias. Mercatores etenim terræ de virtute delitia- rum eius diuites facti sunt, sed vna hora destituuntur tantæ diuitiæ. Ideo diuiti- bus præcipitur, non sublime sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum, sed in deo viuo glorientur & in humilitate sua, quoniam sicut flos herbi transibit, ita diues in itineribus suis marcescit. Beatus autem diues, qui inuentus est sine macula. Et bona est substantia cui non est peccatum in conscientia. Inquit enim vltimus Sa- piens: Diues non erit immunis à peccato, quinimò sicut abominatio est superbo humilitas, sic execratio diuitis pauper, siquidem diuites per potentiam oppri- munt pauperes. Vidit enim Dauid impium super exaltatum & eleuatum sicut ce- dros Lybani. Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo obtinuerunt diuitias. At ignominia est proprijs studere diuitijs, siquidem diuitiarum amatores fortes sunt in terrenis, & debiles in celestibus. Vnde Iesus respondit, diuitem difficul- ter intraturum in regnum cælorum. Nam diuites huius seculi repleti sunt iniqui- tate, qui lucro incumbunt illicito, operarios in mercede fraudant, secum contra- hentes in stipulationibus decipiunt, vsura absq; timore, ac dolis absq; verecun- dia vtuntur, in mensa adulatores admittunt, pauperes excludunt, austeri sunt erga seruos, quibus minas non remittunt, quamuis idem dominus est in cælis, tam dominorum quàm seruorū, diebus dominicis, ac alijs festis à mercantijs ac etiā à periurijs, & à mendacijs nunq̄ abstinere.

X § Quamobrem Neemias dixit ad dominum: Filij Israel comederunt, & saturati sunt & impinguati sunt, & abundauerunt delitijs in bonitate tua magna, prouocauerunt autem te ad iracundiam, & recesserunt à te, & proiecerunt legem tuam post terga sua. Ita dominus deus loquutus est ad Moysen de diuitibus populi Israel, Cum comederint & saturati, crassiq; fuerint, tunc conuertentur ad deos alienos, & seruient eis, detrahentq; mihi, & irritum facient pactum meum, scio enim cogitationes populi quæ facturus est hodie. Et infra: In crassatus, im- pinguat, dilatatus dereliquit deum factorem suum, & recessit à deo salutari suo prouocauerunt eum in dijs alienis, & in abominationibus ad iracundiam concita- uerunt. Ideo altissimus incuruabit habitantes in excello, & terra gigantium, id est magnatorum, & nobilium, diuitumq; detrahet in ruinam.

J. ca. 41. §. 3 &  
J. ca. 47. §. 6  
J. ca. 48. §. 9  
Deut. 32.  
Dif. 40. nos  
J. ca. 48. §. 7. 9  
Iuue. saty. 2.  
ll. 3. Claud.  
§. ca. 22. §. 8.  
J. ca. 28. §. 4  
§. ca. 23. §. 2.  
Su. vallē. pr.  
3. dist. 4. c. 1.  
J. ca. 43. §. 5.  
§. ca. 23. §. 16  
Dif. 47. oēs.  
J. ca. 27. §. 25  
§. ca. 23. i. pri.  
& J. ca. 43. §. 12  
J. ca. 27. §. 7  
§. ca. 25. §. 12  
J. ca. 28. §. 4  
§. ca. 20. §. 15  
& J. ca. 27. §. 6  
J. ca. 44. §. 1.  
in ii.

Hiere. 38  
Rod. vbi §.  
c. 5. 6. 7  
Su. vallē. pr.  
3. di. 3. p. totū  
Fran. Pe. li. 4.  
derem. vtri.  
for. c. 16.  
Deu. 21  
Pro. 10  
Di. 31. c. hæc  
aut cū filiis  
14. q. 4. quid  
dicā. Apo. 18.  
1. Timō. 6  
Iacobi. 1.  
Eccī. 11. & 13  
& 31  
Iacobi. 2  
Psal. 36  
Psal. 72  
12. q. 2. glia.  
Mat. 19  
Mar. 10  
Mich. 6  
Ephe. 6  
2. Efd. 9  
Deut. 31  
Deut. 32  
Esaia. 26



DE INIQUITATE MILITVM LAICORVM

**Ca. Se. c. 46** XI § De huiusmodi diuitibus recalcitrantibus & frequēter fortunā habē-  
**De pcc. di. 3** tibus, Cath. de Sen. refert: Quō elemosynā vel familia opera in se bona, q̄ illi nō  
**c. quid ergo** in statu grā, qua carēt, sed in peccato faciūt, ideo eis ad tēporalē, nō ad aeternam  
 prosperitatē cōducūt, qm̄ nullū bonū à deo irremuneratū. Inquit nēpe Chryso,  
 qm̄ videmus malignū ditescere, nō subruamur, q̄a malus nō potest eē in oibus ma-  
 lus, sed habet aliqua bona, pro qbus retributionem accipit, illic acrius puniēdus.

**Eccles. 8. 9** Vnde scriptura ait: Sunt impij q̄ ita securi sunt quasi iustoz facta habeāt. Mun-  
 dana itaq; prosperitas effigiē habet scorpionis ante blandientis, retro cauda pun-  
 gentis, ita fiet iniquo fortunato sicuti porco impinguato, cui se aequiparat, vt tan-  
**Catha. Sen.** dem in macello infernali mactet. Hinc ipsa Catha. exclamat: O ignorans & be-  
**oratione. 16.** stialis homo, cū deus te fecerit hominē, cur facis te ipsum bestiā, an ignoras be-  
 stiales deputari ad penas infernales? De eisdē deniq; deo ingratis diuitibus in Bir-  
 git. scribitur. Homines in acceptis dei donis deberēt esse timidi, deo gratiari, de  
 4. Bir. 76  
 Prou. 30 datis cōtentari, & superflua non requirere. Sed vbi inueniuntur tales? quis inter  
 plebeios dicit sufficit, maiora nō quāro? quis miles vel alius nobilis cogitat bo-  
 na sua hāreditaria à deo habere ad sustentationē iuxta statū suū moderatā, & cā

**Bir. extra. 83** tera pauperibus erogat, aut male acquisita restituere curat? rarus est. Et infra: Nō  
**§. eod. §. 10** regrātant mihi, s. Christo de beneficijs meis, non considerant quare eos curaue-  
**& j. eo. §. 12** rim, mihi de operibus suis rationem reddituros.

**De decimis.** XII § Insuper spoliāt me, s. Christū iure meo, quia decimas non soluunt  
**Malach. 3** mihi. Non attendūt verba dei per prophetā dicentis: Vos configitis me in deci-  
 mis, & in primitijs. Inferte omnē decimā in horreū meū, & sit cibus in domo. i. in  
 ecclesia mea. In decretis equidē pontificū habetur, qd decimā sunt vota fidelium,  
 16. q. 1. p. to. Th. 22. q. 87  
 ar. 1. & qdli. 20. ar. 8 pretia peccatoz, patrimonia pauperū, sunt etiā tributa egentū animaz. Dari q̄q;  
 iubent omni lege, vt pote naturali, Mosāica, prophetica, canonica, ac porrigi ec-  
 clesijs baptismalibus, quaz ministri eisdē decimis frui debēt. Neq; decimā, quia  
 elemosynā sunt, à laicis legitime possideri possunt. Quinimō decimis abutētes  
 sacrilegiū cōmittūt, q̄a ius decimādi tanq; spūale nō cadit in laicū. Attamē ipsi no-  
**Cle. 1. de reb** biles aliq; nōnulli laici multas inique possidēt vel potius occupāt decimas, aliāq;  
**ec. nō alienā** bona ecclesiastica, de qbus deo vel ecclesiā vel p̄latis, à qbus hmōi decimas & bo-  
 na, aliqñ in feudū, aliqñ p violentiā tenēt, minime regrātant, sed tanq; ingrattissi-  
 mi toti clero sunt oppido infesti. Neq; timēt sacrilegij crimē, & aeternā dānatio-  
 nis periculū, qd incurrūt laici q decimas acceperint, nec ecclesiā reddiderint, qm̄  
 2. q. 7. laicos 76. q. 1. c. 1. & c. peruenit. 16. q. 1. omnes  
**De deci. c. 2** & ipsi p̄latis, qui decimas, vel alia bona ecclesiastica militibus, ministris, cōsanguini-  
**lib. 6** neis, aut alijs secularibus cōferūt, inter hēreticos maximos & Antichristos copu-  
 tant, quia oēs decimā sunt dei, & illi sanctificant. Tameti olim dispēfatiue laicis  
 fuerūt cōcessā decimā in feudū, vt ecclesias aduersus sibi ifensos defenderēt. Cer-  
 te ecclesia hodie nō habet capitaliores inimicos, q̄ spurios clericos, & laicos illos  
 qui quāto plura bona ab ecclesijs possident, tanto sunt infensiores ipsi ecclesiā, &  
 suis seruatoribus. Conciliū nēpe Lateranēse, quod anno dñi. 1279. celebratū est,  
**De priuil. c.** prohibuit vteriozem in laicos decimāz concessionē. Caueant igitur aeternam  
**cū plantare.** damnationē laici, qui citra idem concilium decimas vsurpauerunt.

XIII § Proinde nobiles & alijs potētes, gratia auaritiā & superbiā, liberos  
 suos, p̄sertim ineptiores, in monasteria truduunt, vel ad ecclesiasticū statū cogunt,  
 quos cōtra ius naturā etiam legitima hāreditate priuant, quo post se reliqui eoz  
 filij ampliora bona hāreditaria nanciscantur. Quā inde mala ecclesiā vniuersali  
 proueniant, partim supra notauī. Tales & similes peruersos potentes Iacobus  
**Iacobi. 5** admonet, exclamando: Agite nunc diuites, plorantes, vlulantes in miserijs ves-  
 stris quā aduenient vobis, diuitiāz vestrae putrefactae sunt, thesaurizastis vobis  
 irā in nouissimis diebus, epulati estis super terrā, & in luxurijs enutristis corda ve-  
 stra, in die occisionis aduxistis, & occidistis iustū, & non restitit vobis. Timete  
**Luc. 6** igitur d̄ vos opulenti sententiā saluatoris: Vx vobis diuitibus q̄ habetis consolati-  
 onē vestrā. Vx vobis q̄ saturati estis, q̄a esurietis: vx vobis qui ridetis nunc, q̄a  
**Amos. 6** lugebitis & flebitis: vx cum benedixerint vobis homines. Item Amos: Vx vo-  
 bis qui opulenti estis in Sion, & confidistis in monte Samariā.

**De ma-**

§. ca. 25. §. 13  
 & j. c. 27. §. 18  
 & j. c. 40. §. 4  
 §. eo. §. 4 &  
 §. c. 18. in fi.  
 & j. c. 27. §. 12  
 §. c. 23. i. pri.  
 §. eo. §. 3. &  
 j. c. 27. §. 14  
 j. ca. 50. §. 4  
 §. c. 8. §. 4 &  
 j. ca. 27. §. 10  
 j. ca. 27. §. 15

§. eo. §. 11. i. fi  
 §. ca. 14. §. 9  
 & j. c. 28. §. 1  
 §. ca. 8. §. 4  
 §. c. 20. §. 10

j. ca. 46. §. 19

§. ca. 23. §. 2  
 & j. c. 38. §. 1  
 §. ca. 22. §. 7

j. ca. 55. §. 7.